



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve
Adolescentiae Sanctorvm**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphalorvm, 1615

Pancratius martyr 12. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

familiari sacrorum librorum lectione haurire satagebat. Et quidem dum hoc modo mente assidua in cælestibus versaretur, saepe in somnis Christum perspicuè intuitus est, tanta cum animi sui voluptate, ut modo planè mortuus, nihil præter diuina cogitatione versaretur: quam ille consuetudinem quoad vixit audiens complexus, magna viræ sanctitate atque innocentia emicuit.

*Contens-
platio.*

MARTYRIVM S. PANCRATII XII.

Maij. Sur. Tom. 3.

Pancratius in Phrygia Cledonio patre viro nobilissimo natus, cum Dionysio patruo suo Romam venit, quocum à Romano Pontifice conuersus, & vnda Baptismatis expiatus tanta pietate efferbuit, ut etiam ultro persecutoribus se offerret. Cum autem ad eos gliseret indies paganorum in Christianos furor, ut indieta causa ad supplicium mortemque raperentur, inter alios comprehensus etiam Pancratius, propter natalium splendorem Diocletiano oblatus est. Cuius ille pulchritudine stupefactus, & continuo admirans, quod in tantilla ætate ad mortem pro Christi gloria se offerret: consul, inquit, tibi infantule, ut omnissa qua teneris vanitate mihi consentias, ne mala morte dispereas. Etenim perspicio ætatem tuam annos quindecim haud excedere. Et quia nobili prosapia, patre videlicet Cledonio mihi amicissimo & carissimo natus es,

L S hoc

hoc vnum abs te requiro, vt posthabita Chri-
 stianorum infania tuis te natalibus reddas: &
 ego te honoribus & diuitijs auctum filij lo-
 co habebo. Quod si vero pietatis meæ mo-
 nita contemnas, misera internecione inglo-
 rijs deleberis. Ad quæ respondit Pancra-
 tius: Noli, inquit, frustra errare Domine Im-
 perator, vt dum me contueris puerum anno-
 rum quatuordecim, credas mihi minus sen-
 sus aut scientiæ suppetere. Dominus enim no-
 ster Iesu Christus eam nobis intelli-
 gentiam contulit, vt nullos proorsus aut prin-
 cipum aut iudicium terrores timeamus. Por-
 ro Dij tui quos me hortaris colere, plani &
 impostores fuerunt, qui nec suis pepercere
 parentibus, & fratrum suorum se stupris
 contaminârunt: ita vt ego satis mirari non
 possim, quomodo non fœdum & turpe sit
 apud te illos colere, quorum si similes esse
 scires famulos tuos, iure in eos animaduer-
 teres. Diocletianus his auditis, iussit eum de-
 duci in viam Aureliam, atque illic capite ple-
 &t. Turpe enim ipsi videbatur, vt à puero
 victus ignominia notaretur. Itaque Pancra-
 tius ad destinatum locum perductus, amputa-
 tisque ceruicibus è custodia corporis ad
 celeste illud animorum conci-
 lium euolauit.

MAR-

Fortitudo
 animi.